

CL. PTOLEMAEI

ALEXANDRINI, IOAN. DE MONTE REGIO, SPECV-
lationis Theoricarum partem postremam: Motus, uidelicet, in lati-
tudinem Planetarum, suasque considerationes planissi-
me, dimetitur, Liber XIII.

Latitudinibus trium superiorum uiam speculationis aperire.
Propositio I.



RÉBRIS Ptolemæ
us obseruatiōibus
cōiecit tēpore suo
maximas Saturno
& Ioui accidere la-
titudines, dum in
principio Lib. aut

propè constituerentur. Marti uerò cir-
ca finem Cancrī fortasse in auge ecen-
trici posito, latitudines inquā Septen-
trionales. In partibus uerò diametrali-
ter oppositis, maximas latitudines Me-
ridionales. Quo satis explorato, cœ-
pit Ptolemæus obseruare Planetas, u-
numquēq; in meta latitudinis suæ ma-
ximæ, nūc quidē in auge epicycli uera
aut propè, quoniam in auge epicycli
uix, aut nunquam oculo satis apparet
Planeta, radijs solaribus id agentibus,
nunc uerò in augis opposito. Notauit
autem pluri latitudine Planetā, in op-
posito augis epicycli existentem, ab e-
cliptica remoueri quā in ipsa auge,
tam in parte ecentrici Septentrionali
quā Meridionali. Vtraque autem lati-
tudinum ad auge epicycli ueram, &
eius oppositum pertinentium, in me-
diate ecentrici Septentrionali uide-
batur Septentrionalis, & in medietate
Meridionali utraq; Meridionalis cer-
nebatur. Quæ res significauit, totā epi-
cycli diametrum uersus Septētrionem
ab ecliptica, aut totam uersus Meridi-
em remoueri. Quod haud euenire po-

test, nisi centrum epicycli, & pars su-
perficie ecentrici, in qua ipsum epicy-
cli centrum statuitur, uersus eandē par-
tem declinet. Cōclufit igitur Ptolemæ
us noster superficiē ecentrici, ad super-
ficiem eclipticę inclinātā esse. Duosq;
sectionis terminos, quemadmodum in
Luna nodos appellauit. Epicycli itidē
superficies ad superficiē ecentrici, eo-
dem iudicio comprobatur inclinātā.
Nisi enim id certum esset, nequaquam
cerneres Planetæ diuersas quantitate
latitudines ad auge epicycli, & eius
oppositum accidere. Deinde haud in-
ertius expectauit aduentum centri epi-
cycli in alterum nodorū, ita ut ipsum a
termino Boreali per quadrantem dista-
re intelligeret. Sed & corpori Planetæ
distantiam quadrantis ab auge epicy-
cli uera delegit, quotienscunq; cōside-
rationes duas istas cōfluxisse uidit, nō
deprehēdit astri aliquam latitudinem.
Idem quoq; comperit, Planeta in alijs
epicycli partibus existente. Epicyclo
tamen in nodo manēte, hoc iudicio cō-
uicit totam epicycli superficiē, in hoc
situ eclipticę superficiem nusq; transi-
re. Ad summum igitur Ptolemæi uesti-
gia sectando asseremus, quod superfi-
cies ecentrici in his tribus superioribus
ad superficiem eclipticę inclinātā sit in
clinatione fixa, superficiesq; epicycli
ad superficiem ecentrici, non tamen fi-
xa inclinatione. Ita quod longitudo
X epicycli